Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

in omel.

presentiam agerent. Ait autem illi. Si moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.

discendi tempore habent, non docendi. Greg. Qua sicut notandum est ardenti diviti cuncta supplicia cumulantur. Ad penam namque suam et cognitos servat et memoria. Cognovit enim lazarum quem despexit, et fratrum suorum meminit quos reliquit. Ut enim pauperes in supplicio amplius puniantur, et eorum vident gloriam quos contempserunt, et de illorum pena torquentur quos inutiliter amaverunt. Petenti quoque diviti ut lazarus mitteretur ab abraham protinus respondetur. Unde sequitur: Et ait illi abraham: habent moysen et prophetas, audiant illos. Cris. Quasi dicat. Non sunt tibi magis cure fratres tui quam deo qui eos creavit. Statuit eis doctores qui eos commonerent et sollicitarent. Vocat autem hic moysen et prophetas scripta mosaica et prophetica. Ambr. Quo loco evidentissime declarat dominus veteris testamenti esse fidei firmitatem, retundens perfidiam iudeorum et excludens nequitiam hereticorum. Greg. Sed qui verba despexerat, hec audire non posse suos sequaces estimabat. Unde sequitur: At ille dixit: Non pater abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad illos penitentiam agent. Cris. Quia enim audiendo scripturas contempnebat et fabulas esse putabat, ex huius que passus fuerat ipse, quorum diiudicabat de fratribus. Greg. Sed et aliud dogma docemur, quod lazari quidem anima non est erga presentia sollicita, sed retorquet se ad aliquam reliquorum. At dives qui quodam viscoso est post

in omel.

in omel.

miser.

mortem a vita detinetur carnali. Nam si quis omnino carnalis et mente fiat, nec postquam corpus exuerit removetur a passionibus eius. Sed mox diviti vox sancta reddit. Sequitur enim: Ait autem illi. Si moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent eis. Quia qui verba legis despiciunt, redemptoris precepta qui ex mortuis resurrexit quanto subtiliora sunt tanto hec difficilius implebunt. Cris. Quod autem verum sit quod qui non auscultat scripturis, nec mortuis redivivis auscultat, ostenderunt iudei qui nunc quidem volebant occidere lazarum, nunc vero invadebant apostolos, cum tamen a mortuis nonnulli resurrexerint hora crucis. Sed et illud considera quod quisque mortuus servus est. Que autem verba dicunt scripture, dicit dominus. Unde et si resurgat mortuus et si celitus descendat angelus, omnibus magis sunt digne fide scripture. Nam angelorum dominus vivorum et mortuorum eas instituit. Si autem sciret hoc deus quod mortui resurgentes profuissent viventibus, non hoc omisisset qui pro utilitate nostra singula quaque tractat. Sed et si crebro resurgerent mortui, hoc in tempore contempneretur. Sed et diabolus faciliter induceret perversa dogmata, id est per organa sua fingens. Non quidem suscitatus vere defunctos, sed quibusdam fallaciis prestigiis in frustis intuitum vel ingenii quendam in morte simulare. Aug. Dixit autem aliquis: si nulla est mortuis cura de vivis, quomodo dives rogavit abraham ut mitteret lazarum ad quinque fratres suos. Sed numquid quia hoc dives ille dixit, ideo quid fratres agerent vel quid paterentur in illo tempore sciebat? Ita illi cura fuit de vivis, quamvis quid agerent omnino nesciret, sicut nobis est cura de mortuis, quamvis quid agant omnino nesciamus. Sed rursus occurrit quomodo hic abraham esse sciebat moysen et prophetas, id est libros eorum, ubi et noverat divitem illum in deliciis, lazarum vero in doloribus vixisse. Verum non cum hec agerent

de cura pro mortuis agenda